

NvK an das Brixner Domkapitel. Er verwahrt sich gegen die Vorwürfe, sich nicht an die Vereinbarungen mit Hz. Sigismund zu halten. Seine Ratschläge an den Herzog seien aufrichtig und korrekt. Ohne ein Einlenken des Herzogs sei eine Verkündigung der Kirchenstrafen gegen ihn und seine Anhänger unausweichlich. Darüber hinaus sei zu befürchten, dass das Bistum Brixen aufgehoben und die Hochstiftsgüter an weltliche Mächte verteilt werden.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StB*, Cod. Cus. 221 p. 207f. (= K²); BOZEN, *StA*, Cod. 3 (*Acta Concordiae*) p. 51f. (= A); ebd., *Codex Handlung* (ebemals: INNSBRUCK, *TLA*, Cod. 5911) f. 135^v-137^r (= H); (J. Resch, 18. Jh.); BRIXEN, *Priesterseminar*, Ms. D 11 p. 260f.

Regest: Lichnowsky, *Geschichte des Hauses Habsburg VII*, CCCCLXVII Nr. 6.

Erw.: Sinnacher, *Beyträge VI* 497; Scharpff, *Cardinal und Bischof I* 320; Jäger, *Streit II* 58-60 (mit deutscher Übersetzung); Voigt, *Enea Silvio III* 368f.; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 392.

Unser Text folgt der Abschrift K.

Audio, quod michi contra pacem obiciuntur tria, scilicet quod d. duci per Wynecker³⁾, cui scripsi, dici feci, quod ipsum iuvare nequirem, si non fieret restitutio. Item quod d. abbas scripsit domino Tridentino.⁴⁾ Item quod non veni Brixinam ad infeudandum d. ducem.⁵⁾ Illa non ponuntur in pace⁶⁾, scilicet quod nec ego scribere aut consulere debeam per me vel abbatem d. duci, ymmo ponitur, quod consulere sim obligatus. 5 Et iustum fuit consilium et necessarium, utinam acceptum, quia fuisset utile, honestum, iustum et expeditivum. De infeudacione, maxime de tempore, nichil est positum in litteris pacis, sed quia proposui venire Brixinam, obtuli tunc velle investire ipsum non cogitans de impossibilitate. Tamen ipse dux me consuluit; respondi, quod, cum sit excommunicatus, melius sit supersedere. Non dixi de privacione et inhabilitate ipsius, 10 ne plus offenderem. Patet me non venisse contra pacem. In littera pacis ponitur, quod omnem diligenciam facere debeam pro sublacione processuum. Sic feci. Et nisi ego intervenissem, in die Pentecostes (1. Juni 1460) dux et consortes fuissent sollempniter publice anathematizati. Et facio, quecumque possum, ita quod alii domini mei cardinales indignantur. Restabat, quod traderem litteram trium milium florenorum.⁷⁾ Illam 15 tradidi magistro Leonardo⁸⁾, ut assignaret d. Jacobo Trapp⁹⁾ aut d. duci. Quantum in me erit, nichil preteribo, quin ad unguem omnia faciam, que in pace continentur. Sed vellem, quod michi similiter omnia servarentur. Et que post pacem michi datam feria quarta post Pasca (16. April 1460) innovata sunt, sicut iustum est, repararentur, quia si non fiet, querelas facere potero. 20

Papa michi prohibuit, quod nullum generalem vicarium ponam¹⁰⁾, quia tenet, quod omnes tam Brixine quam alibi in dominio ecclesie prope tam qui sub duce sunt, sint in censuris apostolica auctoritate latis et sacerdotes irregulares et privati. Que sint motiva s. sue, non fui ausus interrogare, nam non decuit. Papa enim, quando vlt, interdicere potest divina eciam ex quocumque motivo. Dixit tamen, quod Calixtus supposuit 25 omnia loca interdicto, ad que dux et complices declinarent¹¹⁾, absque alia declaracione. Quod quia non est servatum, irregulares sunt etc. Eciam non vlt, quod exerceam aliquem actum pontificalem. Et causam aliquando intelligetis. Timeo, quod intendat

10 inhabilitate: inhabilitacione A H. 15 Restabat: Restabat A H. 18 similiter: simile A H. | que: fehlt K.

cathedralem sedem tollere, si d. dux non faciet restitutionem omnimodam. Impossibile
 30 est, quod pene c. Felicis¹²⁾ non declarentur contra ipsum et omnia bona eius publica-
 buntur. Creditur, quod post publicationem d. imperator capiet ad manum ea, que in
 Austria habet, et alii vicini ea, que habere poterunt. Unde rogavi et supplicabo, ne fiat,
 quia que in diocesi sunt Brixinensi, si darentur in predam, non sua, sed que ecclesie
 sunt, darentur in predam. Ideo forte papa prius vult ex officio informationem capere de
 35 hiis, que ad ecclesiam spectant. Eciam est dictum, si essem in manibus d. ducis et
 sciretur, quod me interimeret vel essem interemptus, non minus sed ardentius proce-
 deretur. Dixit michi unus cardinalis de Gallia¹³⁾, quod iam via querele regi Francie
 scriptum est et aliis regibus certis. Et papa coram principibus secularibus, an cum
 honore dux ista facere potuit, exposcet iudicium, ut sint primores, ad accipiendum
 40 censuras et processus, quando iudicabunt nequaquam honorem salvum etc. Si igitur
 potestis, inducite d. ducem, ut omnia reponat, sicut erant in vigilia Pasce (12. April
 1460). Dico omnia, hoc advertite, quia de preposito Novecelle¹⁴⁾, presbiteris et subditis
 ecclesie eciam intelligo. Tunc spem habeo mitigandi apostolicam sedem.

29 omnimodam: a.R. von der Hand des NvK hec postea experientia docuit. 38 est: sit A.

¹⁾ Einen Anhaltspunkt für die Datierung liefert der am 5. Juni notariell vidimierte Schuldbriefes Hz. Sigismunds. Die Aushändigung des Originals ist in Z. 15f. erwähnt. Das Notariatsinstrument Nr. 6239 wurde offenbar zu diesem Anlass angefertigt.

²⁾ Über dem Text: Istius scripti copiam habuit magister Leonardus de Necz. Capitulo Brixinensi.

³⁾ Die Ratschläge, die NvK dem Herzog über Leonhard von Weineck zukommen ließ; s.o. Nr. 6203 (1460 April 29).

⁴⁾ Der Brief des Giovanni Andrea Bussi, Abt von Sezadrio, an Georg Hack, B. von Trient; s.o. Nr. 6210 (1460 Mai 7).

⁵⁾ NvK hatte den vereinbarten Termin zum Empfang der Hochstiftslehen (7. Mai 1460 in Brixen) versäumt; s.o. Nr. 6166.

⁶⁾ Gemeint ist Nr. 6182.

⁷⁾ Der Schuldbrief über 3000 fl.; s.o. Nr. 4702. NvK hatte auf die Rückzahlung dieses Darlehens verzichtet und sich verpflichtet, den Schuldbrief zu übergeben. S.o. Nr. 6186.

⁸⁾ Leonhard von Natx, Gesandter des Domkapitels; s.o. Nr. 6225, 6237.

⁹⁾ Jakob Trapp, herzoglicher Rat und Hofmeister. Als Hauptmann von Brixen war er derzeit der herzogliche Repräsentant in der Bischofsstadt; s.o. Nr. 6225.

¹⁰⁾ Das Domkapitel hatte mehrfach die Ernennung eines Vikars in geistlichen Angelegenheiten eingefordert; s.o. Nr. 6225.

¹¹⁾ Vgl. die Interdiktsbulle Calixts III.; s.o. Nr. 5397 (1457 November 12), hier Z. 50 mit der zitierten Formulierung.

¹²⁾ VI 5.9.5 (Felicis), ed. Friedberg II 1091f.

¹³⁾ Kard. Guillaume d'Estouteville oder Alain de Coëtivy.

¹⁴⁾ Kaspar Aigner, Propst von Neustift.